

1547. 23 Februari

~~in~~ SAXONIA.

85

Sigismundus Imperator, Rex Poloniae  
Joanni Friderico Duci Saxoniae

21  
Illustrissime princeps & domine affinis noster Cha-  
rissime. Bellum istud plusquam civile, quod in Germa-  
nia nunc geritur, credibile non est, quantum animo  
nostro molestiam adferatur. Videmus enim quantum  
ex eo periculi, quantum etiam presentis calamitatis,  
ad universam Rempublicam Christianam pervene-  
rit. Quare vehementer cupimus ut exitiale bellum  
hoc optata pace mutetur, quam ad rem operam etiam  
nostram profitemur quemadmodum ex aliis literis  
nostris ad se scriptis Illustras vras cognoscere potuit,  
ad quas responsum in horas expectamus. Ceterum  
quin exercitus nunc isti non procul abesse dicuntur  
ab Illustri domini Joachimi Marchionis Brandenbur-  
gen<sup>is</sup> Plectoris &c. Filii nostri Charissimi finibus  
hortamur Illustritatem vram, atque ab ea promittimus  
inter nos conjunctione postulamus, ut milites  
suos in officio contineat, neque vagari longius,  
ac Illustrissimi generi nostri terris detrimenti  
adferre aliquid patiatur. Ne non modo ipsius Illustri  
sed nobis etiam iustam causam prebeat per  
pari referendi. Nam si qua Illustrati eius injuria  
facta esset. Quam obrem cum aut aliter vindic-  
atur

vindicatusi esemus quam si nobis ipis facta est.  
Quam obrem etiam atque etiam ab Illustritate  
vra postulamus, ut omni cura prospiciat nequam  
occasionem det, tum nobis tum Illustrissimo filio  
vro cui nihil seperatum a nobis accidere potest  
duriora aliqua consilia contra Illustris vram  
capiendi, cuius nos amicitiam modis omnibus  
retinere malemus. Quam iusto aliquo dolore  
provocati, secus quam absit de ea cogitare Datum  
Cracovio III Februarii Anno Domini MD  
XLVII